puli tui / uiſita noſ in ſalutari tuo.
Ad uidendum in bonitate electorum
tuorum / ad letandum in leticia gentis
tue / ut lauderis cum hereditate tu
a. Peccauimus cum patribus nostris /
iniuſte egimus iniquitatem fecimus. Pa
tres nostri in egypto non intellexerunt
mirabilia tua / non fuerunt memo
res multitudiniſ miſericordie tue. Et
irritauerunt aſcendentes in mare /
mare rubrum. Et ſaluauit eoſ pro
pter nomen ſuum / ut notam faceret
potentiam ſuam. Et increpauit
mare rubrum et exſiccatum est / et
deduxit eoſ in abyſſis ſicut in deſer
to. Et ſaluauit eoſ de manu odien
tium / et redemit eoſ de manu ini
mici. Et operuit aqua tribulan
tes eoſ / unuſ ex eis non remanſit.

SLUB Wir führen Wissen. UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK LEIPZIG KLOSTERSTIFT ST. MARIENTHAL